

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Bona voluntas per errorem offuscata.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

A mille lignorum minis combustis educi possent: Cineres expendendos esse, respondit, reliquum in fu-
mum abesse, quod ea ratione suppatur, qua Archimedes detraictum fraude aurum à Redemptore ^{ad collum} ex votiva Hieronis corona deprehendit, de qua late apud Vitruvium. Quod vero ait Hesiod. οὐχ εταγ-

Αλφα ἡ ποδάλιον μὴ δύπτει καπνῷ καπνῷ.

Quamprimum fumo properes clavum imposuisse.
praelari admodum interpretes, Posteaquam combusseris, exponunt: utpote qui nolit fratrem ulte-
rius rei maritimæ dare operam, sed solam exercere agricolationem.

SOLICITUDINES. CAP. XLIII.

Sunt tamen qui loco hoc Hesiodiano philosophari malint, & pro Fumo, vita nostræ solicitudi-
nes accipiant, quæ intellectum ac rationem ipsam obtenebrant. Difficulter enim posse nos pu-
ra sensuum claritate, hoc est, tranquillitate frui, ubi illa ingruerint quæ mentis oculos lanicent &
excutire faciantur.

BONA VOLUNTAS PER ERROREM OFFUSCATA.

CAP. XLIV.

Sunt qui per fumum bonam proficiendi voluntatem, quæ tamen sit erroris tenebris offuscata, in-
terpretentur: cui si fomes adhibeat, hoc est, si recta accedat institutio, flatuque verborum
adjuvet, ignem promicaturum, hoc est rectorum operum effigiem apparituram. Hinc Esaias,
lignum, à quo vel tenuis admodum fumus exhalet, minime extingui debere præcipit: ubi fumus,
tantilla illius pietatis quæ sit in delicio divite signum esse videtur: quam sententiam acutissimus
etiam Scotus claro fretus lumine cognovit.

IMPERITIA. CAP. XLV.

Sane fumus etiam imperitia symbolum, cum lumen sit doctrinæ signum, cuius contrarium est ca-
silio ipsi: unde caligare errantes dicimus: fumus vero est, qui caliginem inducit. Transfertur *Vita fumus*
& ad vitia, ut Alexandrinus Clemens: *Vitia*, ait, *veluti fumum immensum esse*, qui universam mundi ^{muni} im-
hujus domum repleverit, atque hac institutionem malam, sodalitates pestimas, confuetudinem ^{mensus}
improbam, colloquia prava, opiniones haudquaquam rectas invexile: unde primum error,
inde contemptus, tum infidelitas, atque militia, parataque semper ad nocendum
versutia, avaritia, vana jactantia, atque alia hujusmodi
exoriantur.

Eeee 3:

JOAN.